



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Calendarivm Novum & Antiquum**

**Thomas <von Kempen>**

**Coloniae, 1651**

IX. Convivivm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55129](#)

## CALENDARI.

65

lum grande stratum , & faciam  
apud te Pascha cum discipulis  
meis.

cap. 4.

VII.

Die  
Annū-

catio-

nis B.

Mariæ

Virginis

cap. 17.

## CONVIVIVM.

O Deus meus , amor æter-  
nus, totum bonum meum , fe-  
licitas interminabilis: cupio te  
suscipere cum vehementissimo  
desiderio & dignissima reue-  
rentia ; quam aliquis sancto-  
rum habuit, & sentire potuit.

V. II.

I.  
Dñica

Aprilis.

cap. II.

## CONVIVIVM.

In hoc, ô Domine, imbecil-  
litati meæ consulis, quod te sub  
Sacramento abscondis. Habeo  
vero, & adoro, quem Angeli  
adorant in cœlo.

IX.

I.  
Dñica

Maij,

## CONVIVIVM.

Hæc est vna principalis fide-  
lis animæ consolatio, quamdiu  
peregrinatur à te in mortali  
corpo, ut sit sæpius memor

D.



Dei sui, dilectum suum deuota  
cap. 3. suscipiat mente.

X.

Die  
Ascen-  
sionis  
Domini

cap. 6.

Cum tuam dignitatem Do-  
mine & meam vilitatem pen-  
so, valde contreinisco, & in  
me ipso confundor. Si enim  
non accedo, vitam fugio: & si  
indigne me ingessero, offendam  
incurro.

XI.

Die  
Fente-  
costes.

cap. 12.

## CONVIVIUM.

## CONVIVIUM.

Quis ad fontem suavitatis  
humiliter accedens, non  
modicum suavitatis inde re-  
portat? aut quis iuxta ignem  
copiosum stans, non parum  
caloris inde percipit? Et  
tu, Domine, fons es semper  
plenus, & superabundans: ig-  
nis iugiter ardens & nunquam  
deficiens.

XII.